

Vita^a sancti Epiphanii episcopi^a

1. Beatus⁷⁴ itaque^b Epiphanius^c dissolutionis suę tempus spiritu longe ante^d prenoscens, postquam de Gallia^e legatione functus Theoderici^f Italię^g principis illo nobili comitatus triumpho, fere scilicet omni iuventute Ligurię, remeavit, quam ipse venerabilis pater^h a Gundebadoⁱ captam absolvens secum perduxit ad patriam, Tycini^j quietus^k residere disposuit, quo obitus sui diem^l, quem^m appropriare noverat, continuis vigiliis ieiuniisque⁷⁵ intentus securiorⁿ exspectaret.

2. Literis⁷⁶ denique regi Ravennam, ubi tunc morabatur, directis ordinem legationis aperuit. Nam^o per se illum, ne pro absolutione civium grates videretur vel laudem poscere, videre refugit⁷⁷. Apud quem et omnem^p Liguriam tributis absolvit, quia tanta in illo^q extitit auctoritas, ut plus illi imperaret, quod vellet, quam^r peteret⁷⁸.

3. In p̄fato vero loco vir beatus in cellula eccliesię^s contigua, sed^t a populari frequentia remota, cum suis residens sancta animum meditatione pascebat, ita divinis^u animo intentus, adeo spe et desiderio supernis^v coniunctus^w, ut, quasi^x se hominem nesciret, vix unquam corporeę imbecillitati^y indulgeret. Quociens tamen cum sibi^z familiari-

a–a) Vita – episcopi: Eodem die M2; Incipit vita sancti Epiphanii episcopi M3; Incipit vita sancti Epiphanii S; De transitu beati Epiphanii Ticinensium episcopi Hildeneshemensium patroni A; De transitu beati Epiphanii episcopi et confessoris B; fehlt C; De transitu beati Epiphanii Ticinensium episcopi Hildens(hemensium?) patroni Ma; De sancto Epiphanio episcopo Papiensi et confessore undecimo Kalendas Februarii cuius translatio Kalendis Decembris Be b) fehlt Be c) Epyphanius Be d) fehlt Be e) korr. aus Galilea M3; Galilea M2; Galylea S f) Theodorici M1 g) Ytalie S, Ma, Be h) über der Zeile nachgetragen M1 i) Gundebabo M1; Gundebaudo M2; Gundebaldo S; Gundebando Ma j) Ticini A, B, Ma k) quietis A, B l) fehlt M2 m) fehlt M3 n) securius Ma o) folgt gestrichen cum (eum?) M1 p) omem M2; hominem M3 q) illa A, B r) fehlt Ma s) ecclesia Be t) et A, B, Ma u) divinus M3 v) fehlt S w) coniunctis M1, M3; iniunctus M2 x) quia si S y) folgt aliquid B z) fehlt B

74) Vgl. *Ennodius, Vita Epiphanii* § 170–175.

75) Vgl. *Rufinus, Continuatio Eusebii Caesariensis Historia ecclesiastica* 11, 16: ... sed ieiuniis continuatisque vigiliis.

76) Vgl. *Ennodius, Vita Epiphanii* § 179f.

77) Vgl. *Ennodius, Vita Epiphanii* § 183: ... ne te ibi quisquam post Gallicana insignia laudaret, effugeras.

78) Vgl. *Hieronymus, Commentarii in IV epistulas Paulinas, Ad Philemonem, PL* 26, 647: ... poterat Paulus magis imperare, quam petere.